Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legionis rex tragoedia data Ratisbonae - Cod. Rastatt 108

Vermudo <II., Leon, König>

[s.l.], 1690

Scena 3tia

urn:nbn:de:bsz:31-131776

Visual Library

Leone profugum patrio exlorrem lare.
Zam. Suspecta res est, fraudis hic quidquam latet:
Tenete vinclis perfidum dulpis caput,
Inspicere castra missus est. Gorg. testor Deum,
Tumque Phœbe conscium testor iubar
Si fictus adsum, mille me, Princeps, viis
Disperge, lacera. Froila civium latro,
Gentis tyrannus subditæ hanc strahit fugam.
Zama Rex ipse turpem subditos capere fugam
Compellit? urbis ergo quis vestræ status?
Quæ causa fluctus? nosse me cuncta addecet.
Gorg. Omnia tumultu fervent, & flamas atrox
Latro suorum Froila, dum premere paras,
Novo furore, et cædibus adauget novis.
Zam. Quid Bimeranus? Gorg. ense fraterno jacet
Lugenda regno victima, atque hinc civicæ ~~arde~~
Ardent tumultus undique, & iam vim prope est.
Zam. Lubet repetere castra plenius rei
Noscenda series. miles hunc vinctum trahe

Scena 9 ia

Sancia occisi Bimerani coniux cum filiolo
Veremundo profuga constituit in sylva latere

Cum fluctus in aula componantur.

Sancia . Veremundus.

Verem: Adhuc timendum est Mater? an tuti satis
Patrui furore vivimus? Sanc. tuti hoc loco,
Mi nate, magni misera progenies patris,
Amor parentis unicq, & unus dolor,
Veremunde, tuti vivimus ab aula procul,
Procul furore patrui, & cædis metu:
Hæc pura scelerum regis, & innocui lares
Silentis umbræ patriam posthac domum
Tibi mitiqs, nate mi, tutam dabunt.
Verem. Ergo hic recessus nemoris? hæc sylva? hic specus?
Et hæc ferarum lustra Veremundi domus,
Et tecta fient regia ursorum scrobes?
Sancia Veremunde sic est. regium hoc antrũ dabis,
Postquam cruentas aula tygrides fovet,
An nescis? ista Genitor, (- Heu carum nimis,
Nimisqs acerbum conjugis nomen) Pater
Hæc scrasit undans sanguine & morti innatans,
O fida conjunx, inquit, o natum eripe

Eripe periclis parvulam ſtirpem domus:
Quâcunqꝫ profugus lateat; hæc una eſt ſalus
Verem. Sed ubi miniſtri? turba quæ cingat latꝫ
Quorſum receſsit? San: Pone regiā indolem,
Animosqꝫ veteres, nate, quos caſus dedit
Aſſume. cernis? turba quæ ſimus ſuper?
Afflicta mater, parvulus, & horrens nemus.
Mater ego turbæ ſola famularis loco
Præſtabo cuncta, ſolus & pariter mihi,
Veremunde, nunc es omnia. hoc miſeris ſat eſt.
Vivamus, olim candidus veniet dies,
Tempusqꝫ felix, quô tui vindex patris,
Repares ruinas patriæ, & ſparsos fugâ
Cives reducas, ſed patris tui memor
Tam magna times vota. Verem. Mater en lubens feram,
Quidquid ferendum eſt. patris erepti mihi,
Et patriæ, & aulæ regiæ, & ſceptri loco
Genitrix eris iam ſola. Matris in ſinu

Recubo quietus. Quis tamen mensas struet?
Tuba apparatas indicans aulæ dapes
Altum silet. Quis nemoris abstrusi specu
Nobis ministrat fercula? San. istud ne time;
Deus bonorum oceanus, & blandus pater
Heus tuús[que] cuncta munificâ manu
Natis ministrat; eia, subeamus specum,
Veremunde, Numen hîc iunctâ prece,
Genu[que] posito supplices, istud decet,
Ambo invocamus. Verem. Mater, en promptè sequor

Scena 4ta.

Froila spectris, & furijs conscientiæ agitatur
ob interfectum â se Bimeranum fratrem,
& alios. Sedatis paulum animi fluctibus
iubet etiam Veremundum tolli.

Froila. Alphonsus filius. Armesta.
Camillus. Ephebi. Satellites.